



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apologia Explicationis Gavsarvm [!], Cvr Cvm Gregorio à
Valentia Hispano, Iesuita Ingolstad. de hominum
mortuorum, Statuarum, Imaginum, &c adoratione, non sit
amplius disputandum: Et Refvtatio ...**

Heerbrand, Jakob

Tvbingæ

VD16 H 960

IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36573

enda magis se conuertit, ne silentio victum se esse
atur. Hic scilicet mihi tacendum fuerat, nec in lu-
producenda, imò prostituenda, turpissima istorum
ornatio, quã in mortuorum inuocatione, & statuas
um, &c. adoratione exercent excæcati Idololatræ, vt
scilicet triumphandi haberet materiam. Et hoc est,
quod Hispanum cū suis pessimè habet. Hic, cum aliud
non habeat quod respondeat, ineptire me dicit, hæc qui
scribam, quæ ipsi publicè agunt in templis suis magno
boatu, vt cõcamerata remugiât. Sed hoc vlcus est, quod
tangi nolunt, hinc laborant, & dissimulare conantur. Vt
cum quis in parte corporis inhonesta laborat, & crus
vel tibiam fascijs obligat. Hinc illæ tuæ lachrymæ,
Hispane futilissime. Pudeat itaq; tandem te harum
narum ineptissimarum ineptiarum,

III.

Quia ego in meo scripto, quarto locò, Hispani ab-
surdum recensui: ipse quoq; sua opinione, absurda ex
meis mihi obijcere conatur, quæ ne cumulem, inquit, si
rem facere voluerim, O te hominem absurdissimum,
audiamus itaq; quænam illa sint. Vota, inquit, ab-
surditatis usurpata, Ceremoniam veteris legis fu-
it dixit, quæ nihil ad nos magis quàm Circumci-
& Sacrificia Iudæorum pertineant. Hoc scili-
absurdum est absurdissimum, & Paradoxon, sed
oculis Pharisaorum Pontificiorum. Nisi enim
absurdum esse sentirent, absurdissimè isti facerent
absurdissimi, vouentes votum coelibatus sui impu-
tanti: quòd tanti tamen Hypocritæ isti faciunt san-
cti, vt popularis Hispani, frater Petrus à Soto, in sua

NOTA.
Blasphemiam P⁴
nicolarum.
Isa. 19.

Catholica confessione scripserit: Votum castitatis, maximam esse pro peccatis satisfactionem, & meritum vitæ æternæ. An verò non huius vel tandem vos probet? Sed Paradoxon verum esse & absurdum, probetur, esse nostrum illud, ex Isaia, dicente de Ægypto, & cognoscent Ægyptij Dominum in die, & colent eum in hostijs, & in muneribus, & VOTA VOVENT DOMINO.

Ote cæcum Hypocritam, qui non vides, quod omnes vident: Prophetam verbis vsitatis de cultu sui temporis, (quod Prophetis solenne est) cultus Novi Testamenti describere. Aliàs enim, si simpliciter, & secundum literam, non figuratè, hæc Prophetæ verba accipienda sunt de votis eiusmodi: quidni etiam illa, Hostijs? Quid ergo restat, nisi vt pecudes macerentur sacrificulis, & offerantur Domino hostiæ pacificæ, hoc locausta, sacrificia, & oblationes? Vt ibidem in eodem orationis habetur contextu, maximè cum & altaris fiat mentio? Hæc enim coniunguntur omnia. Quod si absurdum esse facile agnoscas Hispane, nactus absurdissimus es, qui absurditatis me hoc nomine arguis, qui nego locū Prophetæ, de votis secundum litteram accipiendum. Sicut etiam præcedit: quod quinquaginta civitates in terra Ægypti, loquuntur sint lingua Chanaan. Quod quando factum sit, Hispane, doceas, si potes.

Et vbi, quæso te absurdissime Hispane, in toto Instrumento Nouo, Voti fit mentio? Sed neq; verbum vouere vsquam, quod ego sciam, in eo reperitur. Nam quod in Actis, de Iudæis quibusdam, votum habentibus,

scribitur: Reliquæ erant veteris Testamenti, quæ
Synagoga (vt Hieronymus loquitur) cum hono-
sepeliretur.

Quin igitur vel tandem, nugator nugacissime, in-
petendi finem facis, cum stultis tuis hypocriticis, ad-
ulo & impijs, votis. Quas enim tu præstigiator, nebu-
lis Isaia loco offundis: nihil iste ad vota impia Papisti-
ca facit, quibus coelibatum vestrum impurissimum
probetis.

Ad reliqua Davidis: Vouete, & reddite Dño Deo
vestro. Item, iuravi, & statui custodire legē tuam: Quo-
bus cultus de ingenio humano excogitatos, & bona in-
tentione præstandos probare conantur, vt se ab Idolo-
latría, quam in eis exercent isti, excusent: In Spongia
copiose respondi. Et in explicatione causarum fol. 29.
30. 31. Et plura infrâ in sexta causa Hispani.

Venio itaq; ad alterum, quod mihi obijcit paradai *Explicatio causarum fol. 53. 54.*
non Hispanus. Quod nego, vita hac functos cognosce-
re corda & gemitus hominum, & proprium esse Dei
incommunicabile, quod nulli creatæ potentia tribui
possit vlllo modo, excepto Mariæ filio, in personæ vni-
tatem à filio Dei assumpto: vnde solus dicitur nosse
corda hominum. Hic cum Caipha exclamat hypocri-
ta. Blasphemauit, meq; aduersus Dei potentiam blas-
phemum vociferatur: quod non impossibile sit apud
Deum omne verbum.

Vera sunt verba Archangelí, de ijs, vt veteres re-
re dixerunt, quæ non includunt contradictionem. De-
mentiri, fallere, mori, non potest, repugnant enim
ipsius naturæ, quæ si posset, Omnipotens non esset. Sic
potentia sua nulli communicare potest creaturæ. Quale
C 1 & hoc:

1. Reg. 3.

& hoc est incommunicabile, quod dixi in causarum
 explicatione, & repeto, Omniscium esse. Tu solus
 quit, Salomo nosti corda omnium filiorum hominum.
 Vnde & à proprio *αποδιδωκός* dicitur.

1. Reg. 14.

Sed hinc rimam sibi reperisse autumat Hispanus
 qua vulpecula elabatur: quod videlicet non possint
 noscere corda hominum sua natura, sed munere
 no. Idcirco exemplis quibusdam è scriptura S. petitis
 monstrare conatur. Nam & Deum Ahia Prophetam
 reuelasse aduentum vxoris Ieroboam, vt eum de
 letudine filij consuleret. Et Elifao consilium fami-

2. Reg. 5.

Act. 5.

Giezi. Et D. Apostolo Petro consilium occultum
 nia & Saphira vxoris. Tenete risum amici,
 quis hinc mentis compotem esse Hispanum arbi-
 bitur? Hoc verò non stultitia, sed malicia & per-
 sitati eius tribuendum, quod Sophista præstigijs
 excæcare se posse confidit, omnium oculos, ne videant
 quàm nihil hæc ad institutum faciant.

Explicatio causa-
 rum fol. 53.

Primum enim nobis disputatio est, de mortuis,
 quos isti inuocant: num illi sciant cogitationes homi-
 num, & cordium gemitus cognoscant. Sicut mea ha-
 bent verba: Tribuitis, inquam, hac vita exemptis, &
 absentibus, cordium & gemituum cognitionem. Bo-
 nus autem & simplex vir Hispanus meus, exempla
 Prophetarum & Apostoli Petri, non vita factorum,
 sed superstitem affert, quibus Deus quippiam reuelat
 uerit: Sed quid hæc ad Rem? Quis enim stupidus ad
 est, qui ignoret quantum viuus distet à mortuo: Præter
 hunc absurdissimum & stupidissimum Hispanum: &
 samen interim sua opinione triumphator Germaniarum.

Deinde vt obiter iam attigi. Non omnia isti Deus
 qua

erant in illorum cordibus reuelauit, sed vnicum
 tantum patefecit, praesens scilicet tum negocium.
 Praeterea non omnium hominum cogitationes il-
 lus patefecit, sed vnus tantum, & alterius hominis,
 quod ad muneris Propheticae executionem suffice-
 bat. Cui vero Prophetarum omnes omnium hominum
 cogitationes reuelauit Deus? Dic Hispane, si potes.
 Sed ut dicere coepi, quid haec ad mortuos? Hos omnium
 hominum cogitationes, & gemitus videre & cognosce-
 re, huius rei probatio tibi incumberebat. Ego enim nego:
 Tu qui ais & affirmas, proba, Sed hoc facies ad calendas
 Graecas. Et quid opus est communicatione istius Dei
 proprii, ut sciat motus, gemitus, & omnium cogitationes
 hominum. Hic vero absurdissimus ego sum, qui vel
 haec ignorem, vel etiam quaeram: Cum plurimum id ad
 sanctorum inuocationis confirmationem faciat, &
 palmarium hoc sit. Hoc quidem non ignoro. Verum
 cum Christus Mediator, & intercessor sedeat ad dex-
 tram patris, & interpellet pro nobis: quid opus est ope-
 rosa & negotiosa ista circuitio & communicatione?
 Cum Hispanus olim in Hispania, iam Ingolstadtj, alius
 in ipsam, imò quam plurimi, Romae & passim in Italia,
 Hispania, Gallia, Germania, quotidie inuocant, in pri-
 mo gloriosam & beatam virginem Mariam, Sanctum
 Iosephum, reliquos Apostolos, Martyres, & Confesso-
 rum omnes: quid inquam opus est, ut Deus illis omnibus
 singulis reuelet horum in terris inuocantium, neces-
 sitates & preces? En mea mater, sancte Petre, Paule,
 Stephane Protomartyr, Gregori Papa & Doctor Ec-
 clesiae, & c. ille & iste te inuocat, in hac & hac sua neces-
 sitate, ut pro se apud me intercedas. Confideter itaque
 spero à me, vobis enim amicis meis negare nihil possum.
 Hic

Hic verò Hispanus continere se non poterit, qui in risum solvatur, & meam hanc absurditatem, *suppositam* in scitiam rideat, qui talia fingam crassa in coelestibus spectacula: Et ignorem, sanctos in coelestibus, hæc omnia in Deo, tanquam in speculo, videre. Egero istius figmenti Pontificij non sum nescius: *verum* & hoc scio, speculum istud fictitium iam olim, antequam ab istis vitarijs Pontificijs Scholasticis fabricari coeptum esset, à Domini Spiritu fractum per istam: *Isai. 63.* Qui affirmat, Patriarchas nesciuisse ea quæ hactenus agerentur, quibus Deus etiã ea nõ patefaciat. Quod isti nugantur de limbo patrum, in quo, & non in coelo apud Deum, ante Christi passionem sancti fuerint, privati Dei conspectu & consuetudine: *ficti* sunt, generis Siculis vaniora, & istos istarum nugamentorum nugarum videre, in tanta verbi Dei luce, merito debebat, nisi excæcata esset eorum mens, eò quod resistant veritati, homines corrupti mente. Miramur itaq; absurdum Hispanum, quò dignus est.

Tertium & postremum, quod mihi objicit, absurdum, Hispanus, est, cum Scriptura, & communi omnium sensu pugnans Paradoxon, quod dixi: Israelitas in deserto vitulum aureum non Apim Ægyptiorum, sed verum Deum, in vitulo, ipsorum opinione, representatum adorasse, id se ex scriptura, & ex Clementis Romani testimonio reuicisse.

Nisi Hispanus, sui oblitus, absurdissimus ipse esset, nec hæc inter absurda collocasset, sed ad quintam sequentem causam, de Scripturæ corruptelis, quas mihi objicit: nec ita absurdè ineptiret, vt meam sententiam & cum scriptura S. & communi omnium consensu

q̄ experientia pugnās assereret. Manifestum enim
 verbis textus est, Israelitas, non vitulum hunc, à se
 diè fusum, Deum esse sensisse, qui ipsos ex Ægypto
 exierat ante menses aliquot, cum nondum in rerum
 natura extiterit. Nec Apim, brutum animal, pro Domi-
 no Deo suo vero, Iehouah, agnouisse. Nec se per brus-
 tum animal, quod extra septa sua nusquā progredieba-
 tur, liberatos putasse: Nec illi diuinos honores, in signū
 gratitudinis voluisse exhibere. Hæc & ex communi
 consensu nota sunt, & ex ipsis textus verbis clara. Nō
 enim dicunt: Cras solennitas vituli, vel Apis est, sed
 Domini Iehouah. Et quā absurdum hoc sit, si verē
 Israelitæ, in quorum auribus adhuc resonabant voces
 Dei, quas coelitus, ex promulgatione Decalogi perce-
 perant, dicentis: Ego sum Iehouah qui te eduxi ex
 Ægypto, sensissent, vitulum istū conflatilem, ab Aaro-
 ne fusum, Deum esse? Ergone homo Deum faceret: aut
 certe, vt plurimū iuxta Hispani opinionē, fusilem istum
 vitulum hac ratione Deum dici, quòd ad imaginem
 Apis, bruti istius animalis, effectus esset, Deum dici
 metonymicè? Vtrumuis eligas Hispanè, absurdita-
 tem, à communi sensu abhorrentem, non effugies.
 Quid enim magis absurdum? quid magis cum sen-
 tentiam communi pugnat: quā homines sapientes,
 illis Aaron fuit, & plurimi alij in populo Dei, sentire
 animal brutum, bouem, Apim lasciuentem, intra septa
 conclusum, Deum esse? Quis hīc furor? Quæ vesania
 Hispanè? Cum nec saniores quidem gentes, ita deli-
 rant, vt statuas Deos esse senserint. Quòd verò Psalm. *psalm. 105.*
 canit: fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt
 conflatile, & mutauerūt gloriam suam, &c, rectè Deus
 D de tota

de tota causa sententiam pronunciat, & dicit: eos sculpsitile adorasse, & non Deum: eò quòd nihil in isto cultu prater vitulum fuerit. Cumq; pugnaret hic cultus cum verbo Dei, quo cautum erat, ne sibi facerent sculptile, idcirco rectè etiam Idololatria dicitur.

Porrò ad Clementem quod attinet, qui in libris cognitionum, de Api Ægyptiorum, locum istum interpretatus: Respondeo. Etiam veteribus nò fuisse probatos istos libros. Sicut Hieronymus ex Ruffini verbis citat testimonium: quòd in aliquibus, ita Eunomius (Hæretici) dogma inseratur in istis libris, ut aliud, quàm ipse Eunomius disputare videatur.

Sicut & Epistolas, quæ sub eius nomine circumruntur, nothas esse, dubium esse nemini potest. Nè & communionem mulierum plusquàm Anabaptistis probat. Et ad Iacobum, fratrem Domini, scribere fingitur, ex mādato D. Petri, iam morituri, Cum Iacobus ante annos complures antea lapidibus esset obrutus. Et suas, in sine Canonum Apostolicorum, Epistolas duas, & præceptiones libris octo compræhensas, sicut & Actionum Apostolorū, inter canonicos libros referat, scilicet, quæ quantū fidei mereātur, nemini esse potest obscurem. Ideoq; non curamus libri istius auctoritatem. Cum etiam apud veteres non fuerit in pretio.

V.

Me Scripturæ S. interpretationes (corruptelas Sophista nominat) mihi obiectas, non potuisse defendere, ideoq; noluisse me pergere in certamine suscepto.

1. Cor. in th. 10.

Quæ nam verò illæ? Locū Apostoli: Quæ immolant gentes, Dæmonijs immolant, & non Deo: quæ ipsi produxerunt.